

6. Edition

I.

- Apocalipsis liber ultimus est librorum omnium, qui prophetie spiritu scripti sunt et in sacrarum cathologo^a scripturarum habentur. Qui videlicet liber^b idcirco revelatio dicitur, quia per ipsum nobis Christi opera, que^c in hac plenitudine temporum gesta sunt aut gerenda, panduntur.
- 5 *Pater quidem^d meus usque modo operatur, et ego operor¹*. Operatus est^e pater olim in patribus², operatur et nunc in filiis Christus, *ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem³*. Neque enim^f frustra *rota in rota⁴*, ut⁵ testamentum novum de veteri, aut de^h littera intellectus spiritualis procedat, cum totius clavis nostre fidei in patris et filii confessione consistat. Sane
- 10 loco tertio seculum expectamus futurum, ubiⁱ *neque^k nubent neque^k nubentur, neque^k gignent neque^k gignentur, sed erunt sicut^l angeli dei in celo⁵ et filii inquit^m erunt dei, cum sint filii resurrectionis⁶*. Erunt quippe nobis corpora spiritualia et ea ipsa spiritu repleta divino, ut nostre pietatis confessio, quam in patrem habemus et filium, in spiritu sancto consummata de nulla
- 15 sit ulteriusⁿ perfectione^o sollicita, habentibus nobis in veritate rei, quod interim in spei fundamento tenemus. Ita enim^p genus humanum post culpam primi hominis ad sui conditoris notitiam gradatim redire decebat, ut primo quidem^q certo^r tempore radicaret^s in patre, secundo germinaret^t in filio, tertio in spiritu sancto fructus experiretur dulcedinem, ut^u videlicet
- 20 post diuturna^v tempora ad gaudia^w celi perductum multipliciter gaudeat, et tanto sibi de^x adepta gloria maior^y crescat letitia, quanto se in^z incolatu suo tristitia meminerit pertulisse. Primum itaque testamentum deum^a respicit

a) cathologo E. b) fehlt B. c) fehlt E. d) fehlt B. e) folgt enim E. f) fehlt B. g) aut B. h) folgt utriusque E. i) ut B. k) nec C. l) fehlt B. m) fehlt E. n) uberius A. o) perfectio B. p) natura B. q) quod ABC, quidem E. r) fehlt AC. s) radicarat AB. t) germinarat AB. u) et ut B. v) diurna B. w) gaudium C. x) fehlt E. y) fehlt E. z) fehlt ACE. a) fehlt AC.

¹⁾ Joh. 5,17.

²⁾ vgl. Hebr. 1,1.

³⁾ vgl. Joh. 5,23.

⁴⁾ vgl. Ezech. 1,16; 10,10. Vgl. Concordia II,1 (ed. 1519, f. 7^{rb}, ed. Daniel S. 61, Z. 209ff.). Im Enchiridion (Z. 60ff. f. 2^o) entfaltet (entspricht dem Liber introductorius der Exp. in Apoc., c. 1, f. 2^{vb}/3^{ra}).

⁵⁾ Matth. 22, 30; Marc. 12, 15; Luc. 20, 36.

⁶⁾ Luc. 20, 36.